B. N. C.
FIRENZE
1111
8

1111.8

Digitized by Google

A

13

VII

MALVIC

7

CAESARIS
MALVICINI VITERBIENS.
Iuriſconſ.

AD CAMILLVM SPANNOCCHIVM
Patritium Senenſ. de Operibus minutiſsimo
literarum genere ab eo ſcriptis
Elegia.



BIBLIOTECA NAZIONALE 1872

SENIS.
APVD LVCAM BONETTVM.
1579.

Cum licentia Superiorum.

In Gallum hæresiarcham, ab auaritia
inductum; cui minatur et interitum
et mendicitatem, Tetrastichū [illegible]
ues

Sacra refingis uti Lili tu signifer [illegible]
Ore merē Luteri ni retulere mero.
Istā geres si rara seges Araris sere Galli
Mitis agros adimet te rapida Sorga [illegible].

CAESARIS MALVICINI VITERBIENS. IVRISCONS.

Ad Camillum Spannocchium Patritium Senenſem, de Operibus minutiſsimo literarum genere ab eo ſcriptis Elegia.

INDICTVM pia Muſa ſinet, tacitumq. relinquet
Te Phœbi doctus clare Camille Chorus?
Aeterno priſci cecinere carmine Vates,
Quæ non tam celebri carmine digna forent:
Iamq. Rhodos ſæuo quamuis vexetur ab hoſte,
Iam Cypros, aut Babilon, Memphis & alta vigent,
Hactenus in cælum moles minitantur acutæ,
Et quæ Niliaco mira fuere ſolo;
Illaq; dixerunt ſeptem miracula rerum,
Quæ à populis longa ſunt fabricata die.
Aſt ea quæ poſſunt, minimo langueſcere caſu,
Atque alijs præſtant, ſic taciturna cadent?
Vos ò Deliaca redimiti tempora lauro
Firma hic aſsidua reddite vota prece;
Ignibus, aut pluuijs longum ne deleat æuum,
Ne ferus hoc mirum deſtruat hoſtis opus.
Quid magis in toto mirandum creditur orbe
Hoc; tua quod ſtruxit mirè Camille manus?

Quicquid enim magni dictauit Muſa Maronis,
Dædala in anguſtum conijcis arte locum:
Nam quod vix centum capere vtrinq; tabellæ
Una tamen prima fronte tabella capit:
Ipſa quidem ſpatio non cernitur eſſe duorum
Longior; ac vno vix magis ampla pede:
Sic regit æqua notas directa linea ſulco,
Ut ſuperent preſſis edita ſcripta typis.
O cauta, o patiens, inuictaq́ dextra labore,
Officio tandem tam bene functa tuo:
Voſq́ oculi claro vincentes Lyncea viſu,
& volucrem, quæ affert ignea tela Ioui;
Quàm bene in anguſto tentaſtis tramite dextram
Penè imperceptа ducere poſſe via;
Pagellæ faciem ne prauè deterat error,
Aut nitidum inficiat cæca litura ſinum.
Hic punctum, vel apex non integra verba coarctat,
Omnes nanq; notas syllaba ſemper habet:
Tam tenui & calamo lita ſunt elementa, vt acutum,
Quos vis cernenteis vt effugiant oculos.
At multis non viſa ſilent, Atomi velut orto
Sole per obſcurum ni remeante domum.
Ac veluti ingrediens diducto ſpiritus ore
Non niſi per rigidum cernitur ire gelu:
Singula ſic oculis creſcunt, ſic omnia ſurgunt
Per ſuper impoſitum lucidiora vitrum.
Iliada illuſtrem ſummi iactatur Homeri
Incluſiſſe caua Græculus vſque nuce:
Sed nux forte fuit qualem nunc India mittit
Maior, & à tergo pagina ſcripta ſimul.

Cum puero iactant etiam vidiſſe quadrigas,
Quas tegeret pennis paruula muſca ſuis.
Multaq́ præterea cenſet miracula vulgus,
Quæ propè ſi videas vtilitate carent.
Nec miranda quidem, cum ſint fucata, nec omni
Artificis prorſus calliditate vacent.
Nam quædam inuenies herbis quæ mollia ſiunt,
Quæq́ magis creſcunt ſi ſubigantur aqua:
Tuncq́ ſtudent operi, quòd poſtquàm exaruit humor
Exprimit in longas ſigna minora dies.
Vidi ego cum primum florem decuſſerit arbor
Medica, per tenues vere tuliſſe globos;
Quicquid in his acie ferri ſignabis acuta
Næ magis exiguum tempore ſemper erit.
Codicis & vidi membranas fortè receptas
E flammis paruas continuiſſe notas;
At ſimul humorem ſenſerunt reddidit vltro
Pagina maiores amplificata modos.
Eſt lignum ſacra Tuſcæ ditionis in æde,
Quòdq́ Crucis proprio nomine turba vocat
Id tot imaginibus ſculptum quot poſtulat omnis
Priſcorum Patrum clarior hiſtoria
Anguſto mirum ſpatio, ſignisq́ videtur,
Quæ circum ſplendens vndique lumen habent.
Iſta quidem minimis magnarum maxima rebus.
Iam procul à curis ocia ſola petunt:
Atq; manum, atque oculos lapſus ſi decipit error
Glutinis, aut fuci corrigit auctor ope;
Sed tua vt ingenti, præter reliqua omnia laude
Digna reor, reliquis ſunt ita mira magis.

Dulci nanq; procul Patria, laribusq́ paternis.
Non Procerum curis tu quoq; liber eras:
Aut poteras fallens immenſa negocia ſolus
Oci ſecura commoditate frui.
Nec licuit mendum ex tenui delere papyro
Uitarent oculos vt malè dicta graues.
Nec fuit in caſſum tantum cœpiſſe laborem.
Sed tanta vtilitas certa laboris adeſt.
Docta camœna placet, doctis ſatis omnibus, omnes
Carmina doctiloqui docta Maronis amant
Quàm gaudent, quantoq́ ſimul ducuntur amore
Ut videant vatis tale poëma ſui.
Quis putet vnius pagellæ fronte; nec ampla
Ingentem claudi ſic tibi Uirgilium?
Unde venit multis diſcendi magna cupido
Quicquid in ampliuagis verſibus ille docet.
Proderit huic etiam, ſi ſauior orbis in illud
Conſpiraſſet opus, dextra, laborq́ tuus.
Ut veterum ſtatuas ſeruant, & ſigna Deorum
Praxitelis nomen, Phidiacæq́ manus.
Ut vacuam Coi tabulam defendit Apellis
Uix bene viſa duas linea ducta ſuper.
Hocq́ genus ſcripti, ne ſingula commoda ponam,
Occupat haud multum ſæpè nocens ſpatij.
O vtinam exiguo tumuiſſent abdita faſce
Sic mea ſcripta minus, ſic minus apta legi.
Infidi haud dextram repleſſent furis auaram,
Nec latitare auri forte putaſſet onus.
Néue tot annorum perijſſent vſque labores,
Indicium tacitos non abijſſe dies.

Aſt ea, quæ clarum te ducit fama per orbem
Ante tibi vt fuerit vita operoſa manet:
Artibus ingenuis excultus, cætera noſti,
Quæq́ aures, oculos quæq́ iuuare ſolent:
Dulci etenim cantu modulans, fidibusq́ sonoris
Diceris iratas ſiſtere poſſe feras:
Atque comes Phœbi, interpresq́ ſalubribus herbis.
Pellere dira doces, peſtiferamq́ luem.
Quid modo nota loquor? fluido cum pingis, & auro
Exprimis; & viuas ſæpe colore notas.
Quin alij in latam nequeunt traducere frontem
Arte tua impreſſum quod breuis vnguis habet:
Literulisq́ tuis etiam maioribus omnis
Primum docta locum dextera iure dabit.
Cætera num ſileam; magnis quæ Regibus olim
Tradita ſub tepido geſta fuere ſinu?
Vel loculis laterum ex vſu promenda latebant,
Pendebantuè auro pectora tecta palam.
Quicquid Iordanis cecinit propè fluminis vndas
Rex vates querulæ non ſine voce lyræ;
Dum mœrens lachrymis ſeptena piacula tentat
Diluere; ac præcibus ritè mouere Deum.
Vna fronte tibi; atq; in gyrum clauditur orbe
Orbe, oculo indomitæ pene minore bouis.
Vana ſed à centro reſtabat cordis imago
Quæ fuerat ſcriptis forte replenda ſacris:
Quod de principio rerum; lucisq́ fatetur
Diuus Ioannes talis imago capit
Id munus ſceptro celebris Regina Britanno
Comis vt accepis, ſic ſtudioſa tui.

Illud idem, ſed vatis tantùm; ouiq́ figura
Auguſtino equiti traditur Hyppolito
Quàm lætè ampla ſuum mirata eſt Sequana Regem
Ornatum ſcriptis docte Camille tuis.
Diui equitum aligeri pendebant aurea ſigna
Illius è collo torque reuincta graui:
Huic ad biſſeptem tabellas vſque libellus
Iunctus, nec tenui grandior vngue fuit:
Gallicè ibi reſcripta probè præcepta manebant,
Quæ Regi, atq; bono ſint imitanda viro;
Ex Argiuo etenim ductus ſermone, paternis
Quingentis conſtat verſibus ille liber.
Hic etiam bisquinque Dei mandata recepit
Rex idem calami pignora ſacra tui;
Illud erat ſpatium minimo non laxius vngui
Quem aures excipiunt ſcalpere cum ſit opus:
Annulus hæc digitum Regis còmplexus habebat
Sub gemma, & reliquis dignior vnus erat
Scripſit item diuus cui regia nititur ales
Gentis ſeruator quæ mala paſſus obit,
Hoc etiam in gyrum amplexa eſt charta rotundum
Quæ nobis oculi vix tegat orbe cauum
Hunc clarus ſacro Princeps Madrucius oſtro,
Cryſtalli, atq; auri iuſsit habere decus,
Pontificiq́ dedit ſummo: qui munus ituro
Auſtriaco in Turcas miſit ab vrbe Duci:
Multi hunc certamen victrici ex claſſe videbant
Hoc dono aduerſas vincere poſſe rates.
Unde datis igni, atq; vnde hoſtilibus armis,
Extulit armato pendula dona ſinu.

Atq;

Atq; ò ſacra notis, inquit, ſacra pagina grates
Victor agens ſuperis oſcula digna dabo.
Hoc iterum ſpatio ſcripſiſti cautius eodem,
Sed forma oblongi pagina cordis erat.
Magnus Etruſcorum ductor Franciſcus, & inter
Heroas primus talia cara tenet.
Seruat & is Princeps quicquid, cui nuncius ales
Fit comes Hebræus ſcripſit in hyſtoria
Vix pede longa fuit, dempto tamen inde triente,
Dimidioq; minor lata ſuperficies.
Hac vna facie tantum es complexus, & ortum,
Et reliqua, in terris dum fuit, acta Dei.
Cur calamo ſexcenta tuo deſcripta monebo?
Quæq; tibi notis miſſa fuere viris?
Illa quidem totum paſsim diffuſa per orbem
Sparſa velut cœlo ſydera clara nitent.
Vidi apicem; ſuberat cui ſyllaba manca puſillo
Nomen, & agnomen claudere ventre tuum.
Nec ſatis illud erat tali decoraſſe Latinum
Te calamo Patrem Pieridumq; ducem:
Duxeris, vt pennas per magna volumina vatum
Quos gens ad ſummos vexit Etruſca gradus:
Omne quod in Lauræ cecinit Franciſcus honorem
Doctus amans, minimum colligis in ſpatium.
Namq; fuit tenuis mira breuitate libellus
Qualibet ac eius pagina mira magis.
Octo etenim & ſexaginta poſt carmina centum
Charta, nec obſcuris excipit vna notis.
Illa minor ſolito, in quadrumq; numiſmate ſecto
Quod uel equini oculi ſit minus orbe patens.

Hunc ſacro fulgens oſtro, Princepsq́ Tridenti
Acceptum meritò iuſsit honore coli:
Nam ſolido & auro ſignis & tegmine comptus
Materiæ precio maius habebat opus.
Tum lauræ inſignis, tum multum vatis amici
Ceperat effigies aurea cruſta duas:
Principe ab hoc alter ſacrato murice notus
Munus Ateſtino ſanguine clarus habet.
Qui canit infernos Etruſco carmine manes,
Quoq́ pient animæ crimina ducta locum;
Et qui hortos ſuperum oſtendit, ſedesq́ beatas,
Atq́ hominum ex meritis iam loca cuiq; dedit:
Hunc lectum in ſeptem, quadragintaq́ columnas
In breue tu ſolita contrahis arte latus:
Tantum vna facie bipedali longa lacerto
Vixq́ magis cubito lata papyrus erat
Hæc modò miſſa Duci Gonſaga è gente, ſecuto
Gallica ſceptra procul ſummo in honore viget.
Deditus his iuuenis poſt magna negocia rebus
Vitaſti prudens facta pudenda viro.
Turpia detineant alios nunc ocia, præcox
Fiat vt effœto robore vita ſenum.
Legibus aſt alios inimica, ingrataq́ Diuis
Exuat antiquis alta ſæpe bonis.
Se dedant alij Genio, ſegniq́ ſopori
Ignoti obſcuros, prætereantq́ dies
Tu tamen his ſtudijs teſtes iam mille relinquis
Ocia te vigili vanà fugaſſe manu.
Nec quiſquã ſtultos moueat fortaſſe cachinnos
Iſta nec indoctis eſſe probanda viris.

Phœbus n. ſperni, nulloq́ in honore Camœnas
Eſſe videns, arctas repperit eſſe vias.
Carmine vt inſolito, ductisq́ per ardua rebus
Vulgaretq́ ſuos, Pieridumq́ iocos.
Hos quibus illecti iuuenes vtilia noſcant,
Atq; ſalutiferæ munera legis ament.
Illa quidem conſperſa iocis dum proxima fiunt
Apparent oculis, imaq́ corda mouent.
Nec Muſæ præcepta ſacræ, nec Apollinis artes
Nunc adeò pereunt, nuncq́ repreſſa iacent:
His Medici pietate vagi mortalia curant,
Annoſæ vt ſeruent membra ſoluta neci.
Ipſe Machaonias populum fugiſſe medelas
Vidi, vbi Pæonia triſtis egebat ope
Prudentesq́ neuis tentarunt. ſiſtere habenis,
Et retro blanda vertere voce pedes.
Grata per inuentos iocularia luſus,
Aut referunt agili digna ſtupore manu.
Nomina ſic Herourn inuiſo carmine claudit,
& Tuſco, & Latio noſtra Thalia rudis:
Nuncq́ nouis iuuenes inuentis excitat acreis,
Fiat vt in priſcis hac minor arte labor.
Carmina ſic nobis vltro, citroq́ recurrunt
Inſuetoq́ oculos picto colore trahunt.
Aſt ad opus mirum, nullaq́ ætate ſecundum
Vox redeat; qua vis ſit licet apta minus.
Credo tuum in minimis, tanti qui fecit Homerum
Hoc dux Pellæus non habuiſſet opus:
Quamuis tam miſerè fuerit donatus, acuta.
Figere tot ciceris grana profeſſus acu.

Quod princeps vatum Phœbæa voce per auras,
Tollat, quà tumidis labitur Arnus aquis:
Quiq; colit docto reſonantes agmine ripas,
Quà Tyberis flauo plenior amne fluit:
Arbiadumq; diu reſides in carmina Muſas
Excitet, ac Cœcum Blanda Camœna ſuum.
Principibus ſuadete pio vos pectore vates
Ne vis hoc longi temporis vlla terat.
Hæc Medices, quorum virtus, atq; inclyta facta
Se Cœlo tollunt, tangere cura poteſt.
Voſq; ò magnanimi Regum Madrucia proles;
Hoc etiam veſtri muneris eſſe ſolet:
Auſpicijs enim veſtris ea cœpta vigebant,
Iisdem ne pereant multa cauere decet.
Omnia colligite Heroum poſt vltima facta,
In quorum maneant talia ſcripta domo:
Hæc eſt illa diu vobis deuota propago,
Ingenuoq; libens dedita ſeruitio.
Poſt etenim officio clarum, fidumq; parentem
Succeſſit Natus, nec probitate minor.
Aeternum his adytum celſa ſtatuatur in arce,
Cuius odorato ſint loca ſtrata cedro.
Sint & Apollineæ lauri, ſint tergora Phocæ
Mœnia quæ circum, tectaq; ſumma tegant.
Tigna ſi ſit opus, Cyprio ſit alumine ſeptum,
Aut Larice, vndiſono quam rigat amne padus.
Hæc ſub cryſtallo lateant, ſolidoq; ſub auro,
Ne noceant aër, puluis, & ignis edax.
Huc docti venient vates, ſacra carmina ponent,
Huc & Idumæi Balſama, Thusq; ferent:

Hic varios flores, & candida viola linquent,
Suſpendent medio florea ſerta Tholo.
Has ſedes pia Muſa tuas ſeruare tabellas
Eligit in terris, dum tua fata ſinunt.
Oſtendent poſthac aliam inter ſydera vates
Hi, quibus ad ſuperos nunc datur ire vias.
Horum fidus erit dux ille per aëra cycnus,
Qui canit indomitis quà fluit Aeſar aquis.
Hæc raucus cecini Glanius, quà deſerit humor,
Nunc melius duplici rura ſubacta iugo:
Inſolitumq́ Iſatis mirantur vbi arua colorem,
Ac peregrinum alibi tam bene ſemen ali:
Tum ſaniem preſſæ duris exire trapetis,
Et viridi flauum tingere felle ſolum;
Cuius odor primum nares offendit apertas,
Deinde ſalutari corda vapore iuuat.
Hocq́ Tifernates pepulerunt ſæpe malignos
Aëris afflatus, peſtiferumq́ metum.
Plura nec ipſe canam, niſi quæ præcepit Apollo,
Quæq́ velut titulos talia ſcripta gerant.
Ut ſunt digna tubæ magni hæc clangore Maronis,
Ut ſunt & vatum carmine digna ſacro;
Sic operum alterius quæcunq; tabella poetæ
Tam celebri calamo ſcripta perennis erit.

FINIS.

EIVSDEM AVCTORIS
DE VITA, STVDIIS, ET MORIBVS CAMILLI SPANNOCCHII.

NE cui ex his qui Camillum Spannocchium patritium Senenſ. minime norint fortaſſe in mentem veniat, nos ipſius opera tãquam rem humilem laudibus extollere, quàm vt iure tali præconio digna exiſtimari debeant; eius vitæ ſummam attingere ſtatuimus, vt omnes facilè intelligere poſsint, nos multo minus de illo dixiſſe quàm decebat.

QVAE præſtantiſsimorum hominum celebres ortus in huiuſmodi narrationibus præire ſolent, vt antiquorum mos fuit, nobis ſilentio quodam potius præſcripto, quàm quòd deſit ſcribendi argumentũ eſſe nunc prætermittenda ſum arbitratus, ne aut priorum temporum vetuſtatem, aut noſtrorum in diuorum natali die conſuetudinem imitarer. Satis . n. conſtat hunc virum, tum ob patriæ Senenſ. inter Etruriæ vrbes celeberrimæ dignitatem, tum ob Spannocchiæ familiæ nobilitatem eſſe non ignobilem. Is à prima pueritia, cura, & induſtria Hieronymi patris longè omnium diligentiſsimi in educandis ingenuè liberis, ipſiſq. ad omnia humanitatis ſtudia liberaliter informandis, ſub variarum diſcipli-

narum, atq; artium præceptoribus eloquentiæ operam dedit. In hiſtoriarum lectione, atque oratorum plurimum verſatus, qui cum in adoleſcentia ſe ſe ad ius ciuile perdiſcendum cõtuliſſet, tandem quodam tedio affectus, ob impuros, atq; à latini ſermonis candore planè abhorrentes Interpretum commentarios, illud omnino prætermiſit, ita quidem vt inter diſertos ciuitatis ſuæ adoleſcentes nõ infimus in cœteris diſciplinis haberetur. Muſicæ ſtudia eum vehementer delectarunt: cum autem ſe non ea vocis ſuauitate præditum intelligeret: quò dulciorem canendo concentum ſeruare poſſet, ſe fiſtulis ac tibijs tradidit, omnibúsq. i;s muſicis inſtrumentis, quæ tum fidibus, tum neruis intenduntur: quales ſunt cytharæ; quarum plectra librata ad vtrius manus ictum reſiliunt, ac ſponte reſidunt. Lyræ, teſtudinésq. in quibus plurimum excellit; (quorum quidem inſtrumentorum magna ei copia domi ſemper fuit) & præſtantia quadam, & egregia pulchritudine, minime ſanè contemnenda. Conſueuit etiam Rythmos, Odàsq. ad huiuſce artis numeros ita diſponere, vt canenti choro harmonia non inſuauis redderetur. Cur autem his literis tenuioribus, ac penè oculis non patentibus fuerit vſus, ea potiſsimum cauſa contigiſſe affirmant; Adoleſcens enim muliebri amore inductus Rythmos vel epiſtolas minimo ſpatio comprehenſas, eaſdémq. ſiue intra roſarum non dum patentium obeliſcos incluſas, ſiue intra corculum aureum inſertas, vel abditas, ſub quo uis munuſculo ad ami-

In Gallum hæresiarcham, ab avaritia
inductum; cui minatur et interitum,
et mendicitatem, Tetrastichū
vers

Sacra refingis uti Lili tu signifer ...
Ore merê Luteri ni retulere mero.
Ista geres si rara seges Araris sere Galli:
Mitis agros adimet te rapida Sorga ...

CAESARIS MALVICINI
VITERBIENS. IVRISCONS.

Ad Camillum Spannocchium Patritium Senenſem, de Operibus minutiſsimo literarum genere ab eo ſcriptis Elegia.

INDICTUM pia Muſa ſinet, tacitumq. relinquet
Te Phœbi doctus clare Camille Chorus?
Aeterno priſci cecinere carmine Vates,
Quæ non tam celebri carmine digna forent:
Iamq. Rhodos ſæuo quamuis vexetur ab hoſte,
Iam Cypros, aut Babilon, Memphis & alta vigent,
Hactenus in cœlum moles minitantur acutæ,
Et quæ Niliaco mira fuere ſolo;
Illaq; dixerunt ſeptem miracula rerum,
Quæ à populis longa ſunt fabricata die.
Aſt ea quæ poſſunt, minimo langueſcere caſu,
Atque alijs præſtant, ſic taciturna cadent?
Vos ò Deliaca redimiti tempora lauro
Firma hic aſsidua reddite vota prece;
Ignibus, aut pluuijs longum ne deleat æuum,
Ne ferus hoc mirum deſtruat hoſtis opus.
Quid magis in toto mirandum creditur orbe
Hoc; tua quod ſtruxit mirè Camille manus?

Quicquid enim magni dictauit Muſa Maronis,
Dædala in anguſtum conijcis arte locum:
Nam quod vix centum capere vtrinq; tabellæ
Vna tamen prima fronte tabella capit:
Ipſa quidem ſpatio non cernitur eſſe duorum
Longior; ac vno vix magis ampla pede:
Sic regit æqua notas directa linea ſulco,
Vt ſuperent preſſis edita ſcripta typis.
O cauta, o patiens, inuictaq; dextra labore,
Officio tandem tam bene functa tuo:
Vosq; oculi claro vincentes Lyncea viſu,
& volucrem, quæ affert ignea tela Ioui;
Quàm bene in anguſto tentaſtis tramite dextram
Penè impercepta ducere poſſe via;
Pagellæ faciem ne prauè deterat error,
Aut nitidum inficiat cæca litura ſinum.
Hic punctum, vel apex non integra verba coarctat,
Omnes nanq; notas ſyllaba ſemper habet:
Tam tenui & calamo lita ſunt elementa, vt acutum,
Quos vis cernenteis vt effugiant oculos.
At multis non viſa ſilent, Atomi velut orto
Sole per obſcurum ni remeante domum.
Ac veluti ingrediens diducto ſpiritus ore
Non niſi per rigidum cernitur ire gelu:
Singula ſic oculis creſcunt, ſic omnia ſurgunt
Per ſuper impoſitum lucidiora vitrum.
Iliada illuſtrem ſummi iactatur Homeri
Incluſiſſe caua Græculus vſque nuce:
Sed nux forte fuit qualem nunc India mittit
Maior, & à tergo pagina ſcripta ſimul.

Cum puero iactant etiam vidiſſe quadrigas,
Quas tegeret pennis paruula muſca ſuis.
Multaq; præterea cenſet miracula vulgus,
Quæ propè ſi videas vtilitate carent.
Nec miranda quidem, cum ſint fucata, nec omni
Artificis prorſus calliditate vacent.
Nam quædam inuenies herbis quæ mollia fiunt,
Quæq; magis creſcunt ſi ſubigantur aqua:
Tuncq; ſtudent operi, quòd poſtquàm exaruit humor
Exprimit in longas ſigna minora dies.
Vidi ego cum primum florem decuſſerit arbor
Medica, per tenues vere tuliſſe globos;
Quicquid in his acie ferri ſignabis acuta
Næ magis exiguum tempore ſemper erit.
Codicis & vidi membranas fortè receptas
E flammis paruas continuiſſe notas;
At ſimul humorem ſenſerunt reddidit vltro
Pagina maiores amplificata modos.
Eſt lignum ſacra Tuſcæ ditionis in æde,
Quòdq; Crucis proprio nomine turba vocat
Id tot imaginibus ſculptum quot poſtulat omnis
Priſcorum Patrum clarior hiſtoria
Anguſto mirum ſpatio, ſignisq; videtur,
Quæ circum ſplendens vndique lumen habent.
Iſta quidem minimis magnarum maxima rebus.
Iam procul à curis ocia ſola petunt:
Atq; manum, atque oculos lapſus ſi decipit error
Glutinis, aut fuci corrigit auctor ope;
Sed tua vt ingenti, præter reliqua omnia laude.
Digna reor, reliquis ſunt ita mira magis.

Dulci nanq; procul Patria, laribusꝗ paternis
Non Procerum curis tu quoq; liber eras:
Aut poteras fallens immenſa negocia ſolus
Oci ſecura commoditate frui.
Nec licuit mendum ex tenui delere papyro
Vitarent oculos vt male dicta graues.
Nec fuit in caſſum tantum cœpiſſe laborem,
Sed tanta vtilitas certa laboris adeſt.
Docta camœna placet, doctis ſatis omnibus, omnes
Carmina doctiloqui docta Maronis amant
Quàm gaudent, quantoꝗ ſimul ducuntur amore
Vt videant vatis tale poëma ſui.
Quis putet vnius pagellæ fronte; nec ampla
Ingentem claudi ſic tibi Virgilium?
Vnde venit multis diſcendi magna cupido
Quicquid in ampliuagis verſibus ille docet.
Proderit huic etiam, ſi ſæuior orbis in illud
Conſpiraſſet opus, dextra, laborꝗ tuus.
Vt veterum ſtatuas ſeruant, & ſigna Deorum
Praxitelis nomen, Phidiacæꝗ manus.
Vt vacuam Coi tabulam defendit Apellis
Vix bene viſa duas linea ducta ſuper.
Hocꝗ genus ſcripti, ne ſingula commoda ponam,
Occupat haud multum ſæpe nocens ſpatij.
O' vtinam exiguo tumuiſſent abdita faſce
Sic mea ſcripta minus, ſic minus apta legi.
Inſidi haud dextram repleſſent furis auaram,
Nec latitare auri forte putaſſet onus.
Néue tot annorum perijſſent vſque labores,
Indicium tacitos non abijſſe dies.

Aſt ea, quæ clarum te ducit fama per orbem
Ante tibi vt fuerit vita operoſa manet:
Artibus ingenuis excultus, cætera noſti,
Quæq; aures, oculos quæq; iuuare ſolent:
Dulci etenim cantu modulans, fidibusq; ſonoris
Diceris iratas ſiſtere poſſe feras:
Atque comes Phœbi, interpresq; ſalubribus herbis.
Pellere dira doces, peſtiferamq; luem.
Quid modo nota loquor? fluido cum pingis, & auro
Exprimis; & viuas ſæpe colore notas.
Quin alij in latam nequeunt traducere frontem
Arte tua impreſſum quod breuis vnguis habet.
Literulisq; tuis etiam maioribus omnis
Primum docta locum dextera iure dabit.
Cætera num ſileam; magnis quæ Regibus olim
Tradita ſub tepido geſta fuere ſinu?
Vel loculis laterum ex vſu promenda latebant,
Pendebantuè auro pectora tecta palam.
Quicquid Iordanis cecinit propè fluminis vndas
Rex vates querulæ non ſine voce lyræ;
Dum mœrens lachrymis ſeptena piacula tentat
Diluere; ac præcibus ritè mouere Deum.
Vna fronte tibi; atq; in gyrum clauditur orbe
Orbe, oculo indomitæ pene minore bouis.
Vana ſed à centro reſtabat cordis imago
Quæ fuerat ſcriptis forte replenda ſacris:
Quod de principio rerum; lucisq; fatetur
Diuus Ioannes talis imago capit
Id munus ſceptro celebris Regina Britanno
Comis vt accepit, ſic ſtudioſa tui.

Illud idem, ſed vatis tantùm; ouiq; figura
Auguſtino equiti traditur Hyppolito
Quàm lætè ampla ſuum mirata eſt Sequana Regem
Ornatum ſcriptis docte Camille tuis.
Diui equitum aligeri pendebant aurea ſigna
Illius è collo torque reuincta graui:
Huic ad biſſeptem tabellas vſque libellus
Iunctus, nec tenui grandior vngue fuit:
Gallicè ibi reſcripta probè præcepta manebant,
Quæ Regi, atq; bono ſint imitanda viro;
Ex Argiuo etenim ductus ſermone, paternis
Quingentis conſtat verſibus ille liber.
Hic etiam bisquinque Dei mandata recepit
Rex idem calami pignora ſacra tui;
Illud erat ſpatium minimo non laxius vngui
Quem aures excipiunt ſcalpere cum ſit opus:
Annulus hæc digitum Regis cõplexus habebat
Sub gemma, & reliquis dignior vnus erat
Scripſit item diuus cui regia nititur ales
Gentis ſeruator quæ mala paſſus obit,
Hoc etiam in gyrum amplexa eſt charta rotundum
Qua nobis oculi vix tegat orbe cauum
Hunc clarus ſacro Princeps Madrucius oſtro
Cryſtalli, atq; auri iuſſit habere decus,
Pontificiq; dedit ſummo: qui munus ituro
Auſtriaco in Turcas miſit ab vrbe Duci:
Multi hunc certamen victrici ex claſſe videbant
Hoc dono aduerſas vincere poſſe rates.
Unde datis igni, atq; vnde hoſtilibus armis,
Extulit armato pendula dona ſinu.

Atq;

Atq; ô ſacra notis, inquit, ſacra pagina grates
Victor agens ſuperis oſcula digna dabo.
Hoc iterum ſpatio ſcripſiſti cautus eodem,
Sed forma oblongi pagina cordis erat.
Magnus Etruſcorum ductor Franciſcus, & inter
Heroas primus talia cara tenet.
Seruat & is Princeps quicquid, cui nuncius ales
Fit comes Hebræus ſcripſit in hyſtoria
Vix pede longa fuit, dempto tamen inde triente,
Dimidioq; minor lata ſuperficies.
Hac vna facie tantum es complexus, & ortum,
Et reliqua, in terris dum fuit, acta Dei.
Cur calamo ſexcenta tuo deſcripta monebo?
Quæq; tibi notis miſſa fuere viris?
Illa quidem totum paſſim diffuſa per orbem
Sparſa velut cælo ſydera clara nitent.
Vidi apicem; ſuberat cui ſyllaba manca puſillo
Nomen, & agnomen claudere ventre tuum.
Nec ſatis illud erat tali decoraſſe Latinum
Te calamo Patrem Pieridumq; ducem:
Duxeris, vt pennas per magna volumina vatum
Quos gens ad ſummos vexit Etruſca gradus:
Omne quod in Lauræ cecinit Franciſcus honorem
Doctus amans, minimum colligis in ſpatium.
Namq; fuit tenuis mira breuitate libellus
Quælibet ac eius pagina mira magis.
Octo etenim & ſexaginta poſt carmina centum
Charta, nec obſcuris excipit vna notis.
Illa minor ſolito, in quadrumq; numiſmate ſecto
Quod uel equini oculi ſit minus orbe patens.

Hunc ſacro fulgens oſtro, Princepsq́ Tridenti
Acceptum meritò iuſsit honore coli:
Nam ſolido & auro ſignis & tegmine comptus
Materiæ precio maius habebat opus.
Tum lauræ inſignis, tum multum vatis amici
Ceperat effigies aurea cruſta duas:
Principe ab hoc alter ſacrato murice notus
Munus Ateſtino ſanguine clarus habet.
Qui canit infernos Etruſco carmine manes,
Quoq́ pient animæ crimina ducta locum;
Et qui hortos ſuperum oſtendit, ſedesq́ beatas,
Atq́ hominum ex meritis iam loca cuiq; dedit:
Hunc lectum in ſeptem, quadragintaq́ columnas
In breue tu ſolita contrahis arte latus:
Tantum vna facie bipedali longa lacerto
Vixq́ magis cubito lata papyrus erat
Hæc modò miſſa Duci Gonſaga è gente, ſecuto
Gallica ſceptra procul ſummo in honore viget.
Deditus his iuuenis poſt magna negocia rebus.
Vitaſti prudens factaq́ pudenda viro.
Turpia detineant alios nunc ocia, præcox
Fiat vt effœto robore vita ſenum.
Legibus aſt alios inimica, ingrataq́ Diuis
Exuat antiquis alia ſæpe bonis.
Se dedant alij Genio, ſegniq́ ſopori
Ignoti obſcuros, prætereantq́ dies
Tu tamen his ſtudijs teſtes iam mille relinquis
Ocia te vigili vana fugaſſe manu.
Nec quiſquã ſtultos moueat fortaſſe cachinnos
Iſta nec indoctis eſſe probanda viris.

Phœbus n. ſperni, nulloq; in honore Camœnas
Eſſe videns, arctas repperit eſſe vias.
Carmine vt inſolito, ductisq; per ardua rebus
Vulgaret q; ſuos, Pieridumq; iocos.
Hos quibus illecti iuuenes vtilia noſcant,
Atq; ſalutiferæ munera legis ament.
Illa quidem conſperſa iocis dum proxima fiunt
Apparent oculis, imaq; corda mouent.
Nec Muſæ præcepta ſacræ, nec Apollinis artes
Nunc adeò pereunt, nuncq; repreſſa iacent:
His Medici pietate vagi mortalia curant,
Annoſæ vt ſeruent membra ſoluta neci.
Ipſe Machaonias populum fugiſſe medelas
Vidi, vbi Pæonia triſtis egebat ope
Prudentesq; nouis tentarunt ſiſtere habenis,
Et retro blanda vertere voce pedes.
Grata per inuentos iocularia luſus,
Aut referunt agili digna ſtupore manu.
Nomina ſic Heroum inuiſo carmine claudit,
& Tuſco, & Latio noſtra Thalia rudis:
Nuncq; nouis iuuenes inuentis excitat acreis,
Fiat vt in priſcis hac minor arte labor.
Carmina ſic nobis vltro, citroq; recurrunt
Inſuetoq; oculos picto colore trahunt.
Aſt ad opus mirum, nullaq; ætate ſecundum
Vox redeat; quæ vis ſit licet apta minus.
Credo tuum in minimis, tanti qui fecit Homerum
Hoc dux Pellæus non habuiſſet opus:
Quamuis tam miſerè fuerit donatus, acuta
Figere tot ciceris grana profeſſus acu.

Quod princeps vatum Phœbæa voce per auras,
Tellus, quà tumidis labitur Arnus aquis:
Quiq́ colit docto reſonantes agmine ripas,
Quà Tyberis flauo plenior amne fluit:
Arbiadumq́ diu reſides in carmina Muſas
Excitet, ac Cæcum Blanda Camœna ſuum.
Principibus ſuadet e pio vos pectore vates
Ne vis hoc longi temporis vlla terat.
Hæc Medices, quorum virtus, atq; inclyta facta
Se Cælo tollunt, tangere cura poteſt.
Vosq́ ò magnanimi Regum Madrucia proles;
Hoc etiam veſtri muneris eſſe ſolet:
Auſpicijs enim veſtris ea cœpta vigebant,
Iisdem ne pereant multa cauere decet.
Omnia colligite Heroum poſt vltima facta,
In quorum maneant talia ſcripta domo:
Hæc eſt illa diu vobis deuota propago,
Ingenuoq́ libens dedita ſeruitio.
Poſt etenim officio clarum, fidumq́ parentem
Succeſſit Natus, nec probitate minor.
Aeternum his adytum celſa ſtatuatur in arce,
Cuius odorato ſint loca ſtrata cedro.
Sint & Apollineæ lauri, ſint tergora Phocæ
Mœnia quæ circum, tectaq́ ſumma tegant.
Tigna ſi ſit opus, Cyprio ſit alumine ſeptum,
Aut Larice, vndiſono quam rigat amne padus.
Hæc ſub cryſtallo lateant, ſolidoq́ ſub auro,
Ne noceant aër, puluis, & ignis edax.
Huc docti venient vates, ſacra carmina ponent,
Huc & Idumæi Balſama, Thusq́ ferent:

Hic varios flores, & candida viola linquent,
Suſpendent medio florea ſerta Tholo.
Has ſedes pia Muſa tuas ſeruare tabellas
Eligit in terris, dum tua fata ſinunt.
Oſtendent poſthac aliam inter ſydera vates
Hi, quibus ad ſuperos nunc datur ire vias.
Horum fidus erit dux ille per aëra cycnus,
Qui canit indomitis quà fluit Aeſar aquis.
Hæc raucus cecini Glanius, quà deſerit humor,
Nunc melius duplici rura ſubacta iugo:
Inſolitumq; Iſatis mirantur vbi arua colorem,
Ac peregrinum alibi tam bene ſemen ali:
Tum ſaniem preſſæ duris exire trapetis,
& viridi flauum tingere felle ſolum;
Cuius odor primum nares offendit apertas,
Deinde ſalutari corda vapore iuuat.
Hocq; Tiferna tes pepulerunt ſæpe malignos
Aëris afflatus, peſtiferumq; metum.
Plura nec ipſe canam, niſi quæ præcepit Apollo,
Quæq; velut titulos talia ſcripta gerant.
Ut ſunt digna tuba magni hæc clangore Maronis,
Ut ſunt & vatum carmine digna ſacro;
Sic operum alterius quæcunq; tabella poetæ
Tam celebri calamo ſcripta perennis erit.

FINIS.

narum, atq; artium præceptoribus eloquentiæ operam dedit. In hiſtoriarum lectione, atque oratorum plurimum verſatus, qui cum in adoleſcentia ſe ſe ad ius ciuile perdiſcendum cõtuliſſet, tandem quodam tedio affectus, ob impuros, atq; à latini ſermonis candore planè abhorrentes Interpretum commentarios, illud omnino prætermiſit, ita quidem vt inter diſertos ciuitatis ſuæ adoleſcentes nõ infimus in cœteris diſciplinis haberetur. Muſicæ ſtudia eum vehementer delectarunt: cum autem ſe non ea vocis ſuauitate præditum intelligeret: quò dulciorem canendo concentum ſeruare poſſet, ſe fiſtulis ac tibijs tradidit, omnibúsq. ijs muſicis inſtrumentis, quæ tum fidibus, tum neruis intenduntur: quales ſunt cytharæ; quarum plectra librata ad vtrius manus ictum reſiliunt, ac ſponte reſidunt. Lyræ, teſtudinésq. in quibus plurimum excellit; (quorum quidem inſtrumentorum magna ei copia domi ſemper fuit) & præſtantia quadam, & egregia pulchritudine, minime ſanè contemnenda. Conſueuit etiam Rythmos, Odàsq. ad huiuſce artis numeros ita diſponere, vt canenti choro harmonia non inſuauis redderetur. Cur autem his literis tenuioribus, ac penè oculis non patentibus fuerit vſus, ea potiſsimum cauſa contigiſſe affirmant; Adoleſcens enim muliebri amore inductus Rythmos vel epiſtolas minimo ſpatio comprehenſas, eaſdémq. ſiue intra roſarum non dum patentium obeliſcos incluſas, ſiue intra corculum aureum inſertas, vel abditas, ſub quo uis munuſculo ad ami-

cam mittebat; ita vt aliquid ibi ſubeſſe, nemo vnquàm alius non ſolum opinari potuerit, ſed etiam internuncios ipſos facilè quidem falleret, exiſtimãs id mulieri illi fore non ingratum. Cum luſus latrũculorum apud honeſtiſsimos viros, clariſsimósq. principes ſit in vſu, & cuius uis ingenium maxime oſtendat: Idem, & ſi fatetur non multum in eo cæteris præſtare, tamen non mediocrem inde laudem eſt cõſecutus; cum multa ex longa peregrinatione, variàq. conſuetudine non nullorum eius ludi peritorum ſimul congeſſerit, tum ſubtiliter excogitata; tum plurimum expetenda, quòd non omnibus ſunt vulgata. hoc luſus genere, dum erat in Gallia, non rarò contendit cũ Excellentiſs. Ducibus Guiſiaco, Ferrarienſi, Niuernienſi, atq; cũ alijs Principibus, cum Henrico rege, cum Regina eius coniuge frequenterq. cum clariſsimis fœminis illius familiaribus. Interdum ne omnino eſſet ocioſus in Etruſcorum rhythmorum compoſitionem incubuit; in qua quidem exercitatione haud mediocriter excellit. Corporis uires à natura perceptas, maximamq. agilitatem aſsidua exercitatione, nõ ſolum ſibi conſeruauit ſed etiam auxit: Itaq; in eo fuit admirabilis currendi velocitas; vix credibilis dexteritas in equeſtris machinæ mira exercitatione, uariè, atq; eleganter ſe ipſum in ea circumagendo, tum ſtatim deſcendendo, tum aſcendendo, pro ut uſus in uero conflictu, atque neceſsitas poſtulare poſsit. Omniũ genere armorum, uelut gladiatoriæ diſciplinæ periti ſsimus feliciter utebatur. Dum erat adoleſcens,

& ſcor-

& ſcorpioni, & manuario tormento ita exercitationis cauſa operam dedit, ut ex publicis contentionibus propoſitum ſcopum attingẽs crebra præmia fuerit conſecutus; atq; in omni ludorum ratione, in quibus tum uiribus, tum ingenio fuiſſet opus, longè alijs præſtabat: ut in ligneis globulis ultra longum interuallum, ictu ilicei mallei protrudendis; in follis luſu, atque ſphærulæ ex aluta lanugine refertæ, uel in ſphæriſterio interpoſito fune, uel alibi quouis modo, ſiue palmæ ictu, ſiue ſpatula ex ſolido ligno, aut media uacua, neruíſq. intertexta, quo in ludo ita fuerat uerſatus, ut ciues omnes, & exteros facile ſuperaret; In cuius rei teſtimonium, quidam non indoctus hæc carmina ſcripſerat.

Præterea inuiſo ludum Madrucius Heros
Quem nuper inſtruxit; bene factum me herele, ſuorum ad
Segnitiem arcendam; doctus Spannocchius omnes
Parua ludendo ſuperat ſphæra, hanc modo palma
Trans medium iactat funem, atque arcu modo neruis
Diſtento crebris: natum tu dixeris illum
Pithi, olim inuentor ſphæræ qui proditur huius.

Tanto etiam robore prædiſtum fuiſſe dicitur, ut lacertorum dumtaxat uiribus, & nixu corporis ſolũ per medium funem pendentem, modo dextræ, modo læuæ manus uiciſsitudine utens ab imo ad ſummum ſe perduceret. Atque transfoſſam duos & uiginti pedes latam, collectiſq. ſtagnantem aquis ſe ſe uno impetu à citeriore in labrum ulterius, ſponſione tamẽ facta inter duos, incolumem proiecerit. Dũ erat in Gallia Trãſalpina cõtingebat ſæpe, ut ad follis, & ſphærulæ ludum à Rege, ac Ducibus, quos ſu-

pra nominaui, comiter, vt cũ ipſis luſitaret; ex qua re non nihil laudis adeptus, magnam ſibi beneuolentiam apud illos cõciliauit. Oblatum aliquãdo fuit pariter in Gallia, illis ipſis principibus, ac Rege præſentibus, ſpectaculum ridiculum quidẽ, nec iniucũdum, vt tres Pariſiorum Lutetiæ præſtãtiſsimos luſores in domeſtico ludo ſphærula ſolus ſuperaret: Tres enim illi aduerſarij ſe intra victorium circulũ cõtinebãt, ita laxè, vt omnes ſimul poſſent per ſphæriſterium, non modo curſitare, verum etiam ſe vertere in quancunq; partem opus fuiſſet. Ter in numerum purpuratorũ, qui Magiſtratus bimeſtris Regiã quandam in eius ciuitate maieſtatẽ indicat, fuit cooptatus; atque antequàm ipſa ciuitas Ariſtocratiam adminiſtrationẽ deponeret, eiuſmodi magiſtratui, à ſecretis, epiſtoliſq. conſcribendis fuit præfectus, quod quidem munus annum nõ niſi iuuenibus ingenuis, atq; diſertis committi ſolet. Initio bellorum, quibus tota Etruria miſerè vexabatur, & poſt inſignem cladem à Petro Strozza iuxta Fluuianũ acceptam à Repu: equo ſingulis horis cõmutato in Galliam fuit miſſus; & cum varijs tẽporibus diuerſa rerum publicarum negocia poſtularẽt, xv. annorum ſpacio in eandem Galliam, ſuccedentibus feſsis veredis pariter recẽtibus, ſepties velociſsimè ſe cõtulit. Ibi Claudio Ptolomæo, Bernardinoq. Boninſignio Reip: Senenſ. legatis ad Henricum Regẽ fuit à ſecretis. Claudio autem vita functo in tali legatione perſonam eius feliciter geſsit vnà cum ipſo Bernardino, ipſa Rep: ob ciuiles diſſenſiones in Montẽ Ilicinum recepta; quam legationẽ vel ſolus, vel cũ

aliquo ex viris nobiliſsimis collega ad triẽnium iã perduxit. Deinde cum integerrimus eo tẽpore Florentinorũ, nunc verò magnus Etruſcorum Dux vniuerſæ ditionis Senenſium adminiſtrationẽ excepiſſet, aliquot annos honorificè in Gallia conſumpſit, inter regios familiares, curatis ei decem ſextertijs in annuam penſionem ideſt 250. ſcutatis aureis, qui Regem ipſum vel in vrbibus, vel in caſtris, ſiue quo uis in loco moraretur, ſemper eſt perſecutus. Multis in prælijs inter illius regionis populos geſtis interfuit, quemadmodum Lanſancchus princeps, & alij adhuc ſuperſtites teſtari poſſunt; in acerrimo. ſ. ad Saniarobrinã conflictu; quod oppidum nunc Sanctum Quintinum appellant: In Thionuillæ, atq; Caleti expugnatione, atq; in multis alijs militaribus cõtentionibus. Fuit apud tres Galliæ Reges Henricũ, Franciſcum, & Carolum, apudq. Reginam matrẽ, nunc viuentem (ſicut accepimus) ualde gratioſus; & familiariter (dum ferebat occaſio) cum illis tum loquebatur, tum ludebat. Fuit etiã inter multos ſolus electus, vt duos Henrici filios, Carolum ix. & Henricum iii. nunc vita fruentem, ad literas formandas inſtitueret, quos quidem aliquot menſes edocuit. Hinc deinde in Brittanniam trãſiit, & fuit à Regina (cui nonnulla ex ſuis opuſculis donauit) benigniſsimè tum exceptus, tum quæſitus, honeſtiſsimis oblatis conditionibus, an manere apud ſe uoluiſſet quibus ob diuerſas in religionẽ opiniones nõ acceptis, ſtatim inde diſceſsit, atq; ad Pleumoſios populos, nunc Flandros dictos, ut clariores illius regionis urbes uideret, ſe contulit. Poſtremo cùm xvii. anni

præteriiſsét, defunɐta multo ante dilectiſsima coniu ge, sũma in filios pietate ductus, Senas eſt reuerſus: Fuluiam filiam in matrimonium honeſtiſsimè collo cauit: Ex duobus autem filiis Lælium magno Etruſcorum Duci; Pomponium uerò Illuſtriſsimo Tridentino Cardinali cubicularios tradidit: apud quē ipſe pater totũ iuuenilis ætatis tēpus aſsiduè poſue rat: In cuius fidiſsimi familiaris gratiã idē Cardinalis Romæ xi. Cardinales, ſummorũ Principũ Legatos, aiq; alios Proceres lautiſsimo conuiuio excepit, ut eis Virgilium una tantum ſuperficie conſcriptum (de quo multa noſtris carminibus dicta ſunt) non ſine magno plauſu, oſtenderet. Huius Virgilii Dionyſius Lambinus Gallus in ultimis cōmentariis in Poeticã Horatii meminit his uerbis in eo uerſu.

Hic meret æra liber Soſiis

Soſiis. Bibliopolis, ſiue Scriptoribus Librariis; ſupra epiſtola ad librũ. Scilicet ut proſtes Soſiorum pumice mundus. Veriſimile autem eſt Soſios ſcriptores fuiſſe librarios, quibus utebantur ueteres ad libros manu deſcribēdos, in quorum locũ ſucceſſerunt noſtri Typographi, qui Typis, ſeu formis plũbeis libros imprimunt. Sed enim ſcriptorum illorũ facta à me mētio, admonet me hoc loco ut comme morem accuratiſsimũ, ac politiſsimum noſtræ ætatis ſcriptorem CAmillum Spannocchium ciuem Se nenſem domi nobilem & copioſum, nunc poſt res Senenſium afflictas, ex Rege noſtro pendentē, eiuſq. liberalitate, & munificentia ſe tolerantem. Hic igitur cum cœnarem apud humaniſsimum, & optimũ uirũ Iulianum Mediceũ &c. oſtendit mihi præſen-

tibus aliquot nobilibus Florentinis P. Virgilii Maronis opera Bucolica, Georgica, & AEneidẽ in mẽbrana, literis ita minutis, & tenuibus à ſe deſcripta, ut xxvi. columnis, quarum una quæq; 540. circiter uerſus contineret, comprehenderentur, cum tota membrana longitudine digitos xix. altitudine xiiii. non ſuperaret. Hæc Lambinus. Dum apud ipſum Cardinalem morabatur, partim Tridenti, partim in Germaniæ finibus uſq; Viennam per triennium fuit; Sed tandem tot bellorum periculis uehemẽter perturbatus, & quodam tædio ex tam longa peregrinatione affectus, tribus Galliæ Regibus morte oppreſsis, in patriã anno ſalutis 1569. reuerſus eſt. Sequenti autẽ anno COſmi magni Etruſcorum Ducis beneficio Montilcinienſem præturam, poſt triennium Radicofanenſem eſt conſecutus: Dein uero poſt annum pro ſumma eiuſdem principis liberalitate Paſcuorum uectigalium magiſtratum geſsit. Nunc uerò honeſtiſsimam tranquillámq. uitam in ædibus paternis agens, uetuſtis ædificiis in commodiorem, magiſq; congruum uſum recenti ætati redactis, ac uillis collapſis bellorum uaſtitate reſtitutis; Pilam uiginti cubitorum craſsitudine ſolidam inſtar turris, ac miram ſpeciem antiquitatis præſeferentem propriis ædibus, quas incolit, coniunctam intus, circum circa effodiendam curauit, non ſine magno negocio: ac ſibi, ſuisque ſtudiis ad ſimilitudinem conclauis redegit, cum feneſtra in uiam publicam regionis Camilliæ perforata. Neque ipſe præter nõ tenues fortunæ facultates, magnáſque patris opes in Reip: ſalutem coniectas tacendum eſſe omnino

nino exiſtimaui, vt coniunctis animi bonis cũ corporis bene affecti habitudine facilè cognoſcatur quàm ſuperiorum virtutum numina ipſi amica, benignàq. fuerint. Eſt enim natura leni, atq; placida ingenio excellenti, in laboribus tum animi, tum corporis patientiſsimus, in omnes benignus, ac liberalis; ingratus nemini, amicorúmq; ita ſtudioſus, atq; officioſus, vt illorum cauſa itinera tercentorum millia paſſuum libentiſsimè confecerit: ita comis; itaq; affabilis ſermone, vt omnes ad ſui beneuolentiam alliciat. Corporis uerò ipſius ſtatura, ſiue figura potius eſt procera, quàm mediocris; habitudine gracili; iucundo aſpectu; ſubrufo colore; ad iracundiã facilis, ſed ſtatim placabilis; uita potius ab aliis remotã, quàm cum aliis coniuncta, & ſociata delectari ſolitus eſt; tàmq; à mẽtis cogitatione abreptus, ut præclara Intronatorũ Academia eum Abſtractum nominarit. Poſtremò ita eſt fidei Orthodoxæ religioni deditus, ut lvij. annũ agens, libẽtiſsimè, quemadmodum viris optimis, rectæq. conſcientiæ ſenibus eſt faciendum, extremæ uitæ huius exitũ expectet, qui ſempiterni æui apud Deum, ſeruatorémq. noſtrum feliciter, atq; beatè peragendi, optatiſsimũ initium ſit allaturus.

Quæ in manus meas peruenerunt ad Camill. Span.
à doctis uiris iam perſcripta, non ab re
hic eſſe addenda exiſtimaui.

PETRVS MONDINVS SALODIENSIS,
Ad Camillum Spann. Patr. Sen. 1560. Tridenti.

NON auri magna vis, neq́ aris
Argentiq́ Camille docte: Gaza
* *deſunt nonnulla.*
Deſcriptor tibi cedat ille Strabo
Maximè Iliados profectò oportet,
Incluſæ nucis, vt ferunt in aluo:
Quiq́ à Trinacria exeunte claſſe
Portu connumerabat hoſtium alba
Byrſæ vela acie valere tantum
Sed tu non modo viſu eum antecellis
Verum omnes Epidaurios, & angues:
Tu Lynces, tu aquilas Iouis potentis,
Quantum & luce viros tua antecellis
Tantum & ingenio. Camille vales.

DI MONS. CLAVDIO TOLOMEI Veſcouo di Corſola. à M. Camillo Spannochi in lode del ſuo ſcriuere.

NON potendo con arte formar belle
Le belle membra di colei che ſpinſe
Argo, e Troia à furor, mentre le pinſe
Quell'accorto diſcepolo d'Apelle:
Egli adornando hor queſte parti, hor quelle,
D'oro, d'oſtro, e di gemme intorno cinſe,
E coſi riccamente ornolle, e finſe,
Che rilucean quaſi notturne ſtelle:
Coſi non potend'io con baſſe rime
Degnamente iſcolpir l'alta bellezza,
E la chiara virtu c'hor Francia moſtra;
M'ingegno almen di farle parer prime
Con oro, e fine perle, e con vaghezza
Celeſte, impreſſa in lor da la man voſtra.

Di M. Giouanni Botterio Dottore Eccell. In Parigi 1565.

SIgnor Camillo, che con dotta mano
Honorate non ſol l'inclita Siena,
Siena inclita, gentil, corteſe, amena,
Ma Italia, e Francia, e'l mondo à mano, à mano.
Per celebrar l'ingegno piu che humano,
L'ingegno, e l'opra d'artifitio piena,
Che'l nome voſtro al Ciel conduce, e mena;
Uuopo ſarebbe del gran Mantouano:
Del Mantouano, e de duo' Cigni Toſchi,
De quai l'honor con ſi ſottil lauoro
Abbellite, ch'inuidia altrui ne preme.
Io non poſs'altro dir, ſe non che honoro
L'arte, l'inchioſtro, e penna; e à pena inſieme
Quel che viſto non han gliocchi miei loſchi.

Ornatiſs. viro D. Camillo Spann. Epigramma.

HIccine doctiloquum comprehendi poſſe Maronem
Fas rear? illudis docte Camille mihi.
Quid? ſpectare iubes? ſpectantis lumina fallunt
Velamenta quibus callida ſpectra tegis.
Adiuras nihil eſſe doli? Natura reclamat,
Pluráq. confundi corpora poſſe negat.
Utri crediderim potius? ſuſpenſus, & anceps
Diſtincor, qualis per freta ſaua ratis.
Fallor? an hoc tantam componere litem.
Si te diuinum ſuſpicer eſſe virum?
Nam quia diuino ingenio præcellis, & arte
Naturæ cedunt iura ſeuera tibi.

Iohannes Botterius Lutetiæ, 1560.

F I N I S.

99 960530

Digitized by Google

MC